

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9016

Auteur(s) : Herbert, Avranches (évêque)

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1154-1161]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Herbert, évêque d'Avranches, avec l'accord de son chapitre, confirme à l'abbaye de Savigny les donations qui lui ont été faites par Renouf de Virey et sa famille et qui ont été confirmées par ses prédécesseurs Turgis et Richard ; il confirme également à la demande dudit Renouf des donations qui ont été faites en sa présence.

Tableau de la tradition

Original

A. Paris, Arch. Nat., L 978, n. 1353.

Éditions principales

a. POULLE, Béatrice, *Le chartrier de Savigny : Liber cartarum, capitula cartarum in episcopatu abrinensis*, édition inédite, p. 25-26.

Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (*Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Abrincensi, n° XIV*)
Herbert, évêque d'Avranches, 1154-1161.

Texte d'après A

Universis sancte matris Ecclesie filiis tam prelatiis quam subditis [Herbertus Abrincensis] ecclesie humilis minister salutem et fraterne dilectionis instantiam. Notum sit presentibus et futuris quoniam ego consensu et con[niventia] tocius capituli b[ea]ti Andree concedo et concedendo confirmo ecclesie et monachis Sancte Trinitatis de Savigneio in perpetuum el[emosinam] juste et can[onice] possidendam donum quod Ranulfus de Vireio et Willelmus et Rogerius fratres ejus et Agnes mater eorum et [uxores eorumdem, Ode]lina videlicet Ranulfi et Elisabeth Willelmi, dederunt eidem ecclesie et monachis Sancte Trinitatis de Savigneio, [ecclesiam videlicet] sanctorum Gervasii et Prothasii de Vireio ex integro, ecclesiam Sancti Martini de Briceio ex integro, ecclesiam de Ma[idreio] excepta tria] garbe decime qui inde habent sanctimoniales de Redonensi cenobio, ecclesiam etiam de Molinis similiter [ex integro sa]lvo jure episcopali in omnibus (quas scilicet ecclesias predecessores nostri Abrincarum episcopi bone memorie Turgisius et [Ricardus eidem ecclesie] Savigneii antea donaverunt atque concesserant), preterea dimidiam terram de feudo Jualli in Logis, [landam Gau]lfridi cum duabus garbis decime ejusdem lande (que omnia dederunt eidem ecclesie et monachis supradictis [Ranulfus de Vir]jeio et fratres ejus et Flaaldus avunculus eorum siculi illam habebant in suo dominio), in predictis quoque Logiis quandam [terram que Rohardet] vocatur cum duabus garbis decime ejusdem terre (quam terram cum pertinenciis suis dederunt Eudo Babilonie [et Rohedis] uxor ejus et

Johannes filius eorum et Guido frater ejusdem Eudonis cum filiis suis admonitione pariter et concessu prefati Rogerii [domini sui]. P]redictis itaque a predecessoribus nostris canonice confirmatis ea etiam adjungimus que coram nobis ecclesie su[pra memorate dona]ta sunt, videlicet totam masuram de Plaissito cum omni nemore usque in Senunam, totum etiam campum de [Quercu Foliata, m]asuram quoque de Monte Agun cum omnibus pertinenciis suis. Has itaque donaciones universas concedo, et rogatu et petiti[one ipsius s]epenunero dicti Ranulfi presentis pagine conscriptione confirmo, et ut inconcusse in perpertuum maneant nostri sigilli subpositione communio sed et subscriptarum personarum atestacione corroboro : Fulcheri, Godefridi archidiaconi, Willelm[i de Sancto S]enerio, Bertranni capellani, Ricardi Archipresbiteri de Landellis, Willelmi sacerdotis de Vireio, Willelmi sacerdotis de [Parinneio,] laicorum etiam plurimorum Willelmi scilicet de Angulo, Ricardi, Radulfi Auberti fa[mulorum episcopi, aliorumque plurimorum].